

QVÆSTIO LIX.

SVM M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Speciale testamenti est, vt requiratur, quod testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem. Ex Additionibus.
- 2 Testamentum non, nisi coram testibus in conspectu testatoris

A D D I T I O N E S.



Amen in testamentis. An hoc etiam in donationibus causa mortis, & codicillis requiratur, vide Matth. nota. 115. Socin. consil. 130. volum. 1. Iaf. conf. 26. vol. 1. Roland. conf. 82. num. 22. & 23. vol. 1. Gouean.

Videant testatorem. Etiam hic adde, quod testamentum non valet, si testes haud videant testatorem, licet sint post aliquam cortinam circa lectum ipsius. Vide per Diaz. hanc reg. cum suis ampliatio. atque limitatio. reg. 729. Item quod pro forma, & validitate testamenti inductum sit, vt testes videant testatorem ratione fraudis evitanda, atque falsitatis, que de facili committi potest, si testes solum audierint testatorem, & non viderint, cum potuisset supponi alius, qui testatoris vocem potuisset simulare, & fingere; vide in collect. mea commun. opin. verb. test. num. 32. & 33. vbi communem hanc opi. ampliata, atque limitatam remissive posui. Giach.

- Specialiter requiritur, quod testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem. Testes non solum audire testatorem, sed & videre debent: alio qui nisi testes in conspectu testatoris palam testimoniorum officio functi sint, nullo iure testamentum valet. l. si non speciali. 9. C. de test. Eius-
- 2 que ratio est per spicua; tum quia f. veritas magis occulta fide, quam per aures animis hominum infigitur. §. vlt. ibique gl.
- 3 Instit. de gradib. cognat. Tum quia f. in testamento omnia palam, aperte fieri expedit in conspectu testatoris: ne fraus, & falsitas aliqua locum inueniat. l. hæredes palam. 21. ff. qui testam. fac. poss. Angel. in d. l. si non speciali. 9. num. 3. C. de testam. Idque eo magis, quod non tantum in testatore mutari interdum solear vox propter infirmitatem, secundum Bald. in l. 2. §. idem Labeo. numero quarto, ff. de aqua, plu-

QVÆST. LIX.



Icet alias in contrahentibus testibus testes de auditu proprio probent, modo habeant notas voces contrahentium, vt dixi supra lib. 2. §. testis, tamen in testamentis ob maximam suspicionem fraudum, qua in illis quotidie committuntur, specialiter requiruntur, quod testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem. Tex. est in l. si non speciali. C. de testam. & ita communiter tenetur per Legistas, vt dicit Abb. in c. ex literis, post nu. 5. de consuet. & dicit Corr. conf. 18. in lit. D. lib. 2. quod in hoc concordare videntur Doct. omnes. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Corn. conf. 166. in princ. libro 3. Paris. conf. 33. nu. 1. lib. 2. Ramin. in d. l. si non speciali. n. 3. Et ideo, si in testamento conficiendo esset cortina, vel paries inter testes, & testatorem, non valeret testamentum, etiam si testes haberent notam vocem stantis. Ita concludunt com-

- presentibus factum, valet.
- 2 Veritas magis occulta fide quam per aures animis hominis infigitur.
- 3 In testamento omnia aperte, & palam fieri expedit.
- 4 Facilius deceptur in auditu, quam visu.
- 5 Testamentum noctu factum, aut signatum an, & quatenus valeat.
- 6 Testes in testamento adhibiti non faciunt fidem, si de auditu, & non de visu deponant.

arcend. sed etiam quod vocem alienam proclue sit quibusdam imitari instar hyænæ; multoque f. facilius quis decipi queat in auditu, quam visu, iuxta Cynum in d. l. si non speciali 9. C. de testam. Vnde de primo in fertur: testamentum f. nocturnum factu absque luminibus in conspiciendi testatoris non fuit data, minime valere, per notata Iaf. consil. 30. lib. 3. Gabr. ad addit. Matthe. sing. 124. & Doctorum in l. non minorem 20. in verb. secunda hora noctis, C. de translationib. Quamvis enim testamentum nocturno tempore facere, & signare permissum sit. l. ad testium 22. §. penult. ff. qui testam. fac. poss. nequam tamen hoc facere licet sine luminibus, & in tenebris; in quib. pleniusque falsum præsumitur: propterea quod qui male agit. odit lucem. c. consiluit. 27. post medium, ext. de offic. & pot. iud. de leg. Deinde inferuntur: testes f. in testamento adhibitos, si interrogati de causa scientia respondant, se scire, quia audierint, nihil probare; sed omnino opus fore, vt se scire dicant, quia ipsi viderint, assertore Baldo in l. diuus 24. notab. 6. ff. de testam. milit. Hancque rem explanatius petraclant Michael Graßius lib. 1. recep. sentent. §. testamentum, q. 59. num. 4. cum seqq. & Nicolaus Reufferus in tract. de test. par. 3. c. 13. per totum. Harpre.

Non valet testamentum. Ampla etiam, quod speciali privilegio concedi haud potest per Principem, quod valeat isto singulari fundamento; quia Princeps non potest naturalem rationem immutare, secundum communem Doctorum sententiam in l. si non speciali. C. eod. quod tamen fallit urgente necessitate, puta ob gravissimum motorem periculis tunc vigentis; quia tunc testamentum valet, tamen factum extra conspectum testium mediante pariete; non ex privilegio, sed ex necessitate cogente. Vide per Mari. Anguis. conf. 126. nu. 8. cum multis seq. Giach.

QVÆ-

QVÆSTIO LX.

SVM M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Duo an possint in eadem charta coniunctim facere testamentum.

Ex Additionibus.

- 1 An, & quatenus duo versentur testamenta in pupillari substitutione.
- 2 Testamenta ex numero hereditatum non distinguuntur.
- 3 Paterni testamenti pars, & sequela est substitutio pupillariorum.
- 4 Si patris, & filij testamentum diuerso tempore sit factum, solēna in vtroque interuenire debent.

A D D I T I O N E S.

Respondeo quod sic. Et hanc mutam institutionem non esse captatoriam, neque vna reuocata alteram reuocatā censeri, scribit Alciatus l. licent inter, numero 56. C. de pact. Gouean.

- E**rum tamen quasi duo testamenta separatim facta. Hic addendum quod licet f. in pupillari substitutione duo quodammodo videantur versari testamenta; vnum patris, alterum filij; propterea quod pater proprium heredem habeat, & filius itidem proprium habeat heredem; adeoque hæreditas patris ab hæreditate filij separatur. l. Papinianus. §. §. sed nec impuberis, 5. ff. de inofficioso testamento, l. in duplicibus 79. ff. ad legem Falcidiam, l. 1. §. primo. ff. si cui plus quam per legem Falcidiam, &c. l. 2. §. inter dum 2. ibi, ex secundis tabulis, & l. si filius 11. ff. de vulgar. & pupillar. substitutione. §. igitur 2. Institution. de pupillar. substitutione. probabilius tamen sit, testamenta non ex numero hereditatum distinguui; sed proprie, ac verè unum testamentum paternum censeri, cuius f. pars aliqua sit, & sequela, sitæ appendix substituit. pupill. uel testamentum pupill. §. liberis 5. In-

QVÆSTIO LX.



Constitutum est in eadem charta facere testamentum, & se inuicem instituere, & de bonis suis disponere? Resp. quod sic: Et est communis opin. vt ait Bellon. conf. 85. num. 9. erunt tamen quasi duo testamenta separatim facta. Sed hæc raro contingunt.

stit. eodem. Hinc est, quod vtrunque ab vno, & eodem Testatore fiat, & una, eademque solemnitas vtrique sufficiat, nempe septem testes, septemque sigilla. l. patris, & filij. 20. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. quod vna tantum Falcidia de vtroque detrahatur. l. in ratione, 12. quod vulgar. ff. ad legem Falcidiam, dict. l. 1. §. primo. ff. si cui plus, quam per legem Falcidiam, &c. quod scripti in paterno, & pupillari testamento pro coniunctis habeantur. l. planè 34. §. sed in pupillari 10. ff. de legat. 1. l. cohæredes 41. §. cohæres 6. ff. de vulgar. & pupill. subst. quod denique unam ex uno, siue paterno, siue pupillari

testamento hæreditatem capiendo, alteram ex altero repudiare non possit substitutus; sed utramque uel acquirere, uel omittere cogatur. l. sed si plures 10. §. filio 2. ff. eod.

Sanè si diuerso tempore utrumque & patris, f. & filij testamentum sit factum: legitimus numerus testium, & reliqua solemnitas in vtroque interuenire debent, vt euincitur ex l. si quis eum. 16. §. primo. ff. de vulgar. & pupillar. substitutione ibique in suis commentarijs docet Franciscus Duaren. capit. decimoquarto, §. quartum est, uerfic. sed an sufficiat una solemnitas, &c. Harpre.

QVÆSTIO LXI.

SVM M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Voluntatem testatoris pro lege haberi.
- 2 Nihil est in actis priuatis testamento grauius.
- 3 Suprema morientium iudicia a dolo, & fraude remota.
- 4 Mortis solatium maximum, ultra mortem voluntas.
- 5 Testatoris voluntas seruanda, dummodo contra leges non disponat.
- 6 Nemo facere potest, quin leges in suo testamento locum habeant.
- 7 Testator non potest vti clausula: non obstantibus legibus.
- 8 Testator legans alicui centum, non potest heredem grauare, vt interea, donec soluat, vt suras præstet.

A D D I T I O N E S.

QVÆST. LXI.

Voluntas testatoris. Hic aduerte, quod voluntas testatoris dicitur esse velle Notarium de illa esse rogatum, licet per Testes probetur, nisi tamen per Notarium in scriptis solemniter sit redacta, haud valet; communem dixi in collecta mea commun. opinion. in verbo voluntas, nu. 5. Giachar.

Voluntas testatoris pro lege habetur. Testatorum. In primis ergo videndum



Dicitur voluntas est, quæ solemnitas in testamento requiruntur. Nunc de ipsius Testatoris dispositione videamus; & vulgaris quidem est Regula, quod in quolibet actu humano duo præcipue considerantur: Potestas scilicet, & voluntas. In primis ergo videndum

est, quid testator in suo testamento facere possit, deinde de eius voluntate coniecturanda nulla subiiciemus. In hac autentem materia faciendæ est generalis conclusio, quod voluntas testatoris pro lege habetur. Textus est vulgatus in §. disponat, in Authentica de nuptijs, & similibus, & tamen intellige, vt procedat in his, quæ ab ipsius testatoris voluntate dependent. Ceterum non potest testator facere, quo minus leges in suo Testamento locum habeant, l. nemo potest, ff. de legat. 1. ita dicit gloss. in verbo, Cautione. C. de usu, & habita. quam dicit esse communiter approbatam. Socin. Iun. cons. 115. num. 2. lib. 1.

I 2